

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula III. Quorum casus & conjungata sunt eadem, illa ipsa sunt eadem

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

spondere. Qui enim statunt, facultates esse idem cum animâ realiter, possunt etiam concedere, eas inter se realiter idem esse, v. g. reipsâ intellectum esse voluntatem, quamvis non sequatur inde, eas nec ratione distingui.

XII. Plura de hâc Regulâ videri possunt apud Durandum III. dist. XXI. q. I. Gregorium I. dist. XXXIII. q. I. ad tertium principale. Marfilium, I. O. VI. art. III. Soarium l. c. Vazquez Part. I. Tom. II. disp. CXXIII. n. 2. & seqq. Mendozam disput. X. s. XVI. Arnisaum in notis ad Crollium Lib. III. c. III. & alios.

## REGULA III.

*Quorum casus & conjugata sunt eadem, illa ipsa sunt eadem. Aristoteles VII.*

*Top. c. I. §. 2.*

I. Agit Aristoteles l. c. de Locis *sejusdem & diversi*, ex quò nonnullas huc transferemus maximas. Loquitur autem de iis, quæ unum sunt, *κνρϊώτα: primario vel maxime proprie*, nempe quæ sunt idem numero, & quidem formaliter & simpliciter, quemadmodum §. III. Aristoteles ipse vocat *ἀπλῶς ταῦτα*. Et dicit rectè Schegkius in hunc loc. ea, quæ ratione definitionis unum sunt, unum numero esse dici: quod est secundum ipsum Aristotelem I. Top. c. VI. suprâ Reg. I. allegatum, & Lib. II. *omnium maxima unitas, aut & identitatis seu ταυτότης est formalis*, cujus probatio

h. l.

ultates esse  
tiam conce  
g. reipsa in  
non sequatur

offiant apud  
rium I. diff.  
Marfilium,  
vez Part. I.  
Mendozam  
d. Crellium.

adem, illa  
VII.

egusdem &  
ertius ma  
um sunt  
e, nempe  
maliter &  
iffotelesi  
Schegki  
onis unum  
ecundum  
eg. I. alle  
as, ait. &  
probatio  
h. h.

h. I. instituitur, excludens scilicet omnem diver  
sitate, & quam hic vocat *tautologia* formalem,  
paulo post vocat *tautologia* definitionis.

II. Quod ad præsens axioma attinet, per con  
jugata *abstractum* & *inde deductum* *denominati  
vum* vel *concretum*, per casus autem *adverbia* *ab  
us derivata* intelligi, cuilibet, puto, notum est. &  
res ipsa apud Aristotelem loquitur.

III. Valet autem etiam negativè Regula: *Quo  
rum casus & conjugata non sunt eadem, illa ipsa e  
adem non sunt*: ut si *Justitia* est idem quod *forti  
tudo*, etiam *justus* erit idem quod *fortis* & *justè* i  
dem quod *fortiter*: quod si *Justitia* non est idem  
quod *fortitudo*, nec *justus* erit idem quod *fortis*,  
nec *justè* idem quod *fortiter*. Hinc probari pot  
est, *injustitiam* & *iniquitatem* idem esse, propte  
reà, quod *injustum* & *iniquum*, *injustè* item & *i  
niquè* idem sunt.

## REGULA IV.

*Quorum opposita sunt eadem, illa ipsa sunt  
eadem.*

Et:

*Quorum oppsiota non sunt eadem, illa ipsa  
non sunt eadem.*

Ut, si idem sunt *candidum* & *album*, etiam, a  
*trum* & *nigrum* idem sunt, & si illa non sunt  
idem, neque hæc idem erunt. Ita si *nihil* & *non*

Fff 2

ens